BREVIS ET SUCCINCTA DISSERTATIO

DE

# ORIGINE, PROGRESSU ET POSTEA PERLEGES IMPERII FACTA RESTRICTIONE REMEDII RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, IN AUGUSTISSIMO CAMERÆ IMPERIALIS JUDICIO, UT ET DE AUGMENTATIONE CELSISSIMI HUJUS ARCHIDICASTERII SENATUS IN CAUSIS RESTITUTIONIS IN INTEGRUM AD §. LXVIII. R. V. N.

A

JOHANNE FRIDERICO LANGIO,

J. V. L.

&

CAM. IMP. PRACTICO.

*WETZLARIÆ,*

TYPIS JOHANNIS STOCKII,

1753.

Gieſen

honore

lis ma

men ul

bat. In

ralis Ju

in integ

ta §. 68.

eſt, itaq

materia

memin

minos

prorſ

tatem

# PRÆFATIO.

Cum non longe pridem, publice defendendo Theſes ex univerſo jure deſumtas, in Alma Ludoviciana Gieſenſi, Licentiam ſummos in jure capeſſendi honores inpetraſſem, de quadam juris Cameralis materia ſelectiori quoque ſcribere & ſpecimen ulterius edere, mens ſimul poſthæc agitabat. In augmentationem Auguſtiſſimi Cameralis Judicii Senatus, quæ in cauſis reſtitutionis in integrum, contra Sententias Camerales, juxta §. 68. Rec. Viſit. Nov. de anno 1713. ſtatuta eſt, itaque incidi, cum a nullo huc uſque hanc materiam ſcripto quodam pertractatam fuiſſe, memini. Quia vero hujus tractationem terminos Diſſertationis plerumque deſtinatos, prorſus attingere non videbam, ob connexitatem reſtitutionis materiam, quomodo illa

in Illuſtriſſimo hoc Judicio obtinet, præmittere, non inconcinne putavi. Tantus de reſtitutione in integrum ſcribentium numerus, ex quo, qui de hac materia in genere ſatis ample ſcripſerunt, Galeſium a.) Sfortiam Oddum b.) qui autem in ſpecie, præſertim, contra Sententias quorumvis Judicum, & quoque ſummorum Imperii tribunalium, hanc tractavere Eiſenhartum c.) Majerum d.) L. B. de Senckenberg e.) Textorem f.) Beſſerum g.) Schvvederum

a.) *Tractat. de reſtitut. in integr.*

b.) *Tractat. de reſtitut in integr.*

c.) *Proceſſ. inſtant. reſtit. in integr. adverſ. quorumv. Jud. Sentent. & Decret.*

d.) *Diſſert. de reſt. in integr. contra rem judic. Tub. 1714. hab.*

e.) *in Meditat. jur. Tom. II. Medit. 8va.*

f.) *Diſſert. de reſt. in integr. ex clauſ. general.*

g.) *Diſſert. de reſtitut. in integr. adverſ. Sentent. inappellab. Heidelb. 1714.*

rum h.) Haſium i.) & de Gehren k.) ſaltem nominare ſufficiat, me equidem a tali propoſito deterrere debuiſſet, cum præſumere quis facile poſſet, in tanto apparatu tractatuum & ſcriptorum, me nil novi prolaturum, ſed tantum fortaſſis levem & ex iſtis conſcriptam diſſertatiunculam. Attamen qualiacunque ſint, non ingrata tamen ac prorſus ſpernenda erunt, quæ hinc inde forſitan clarius quam alii, ex praxi Camerali cui ultra quadriennium ſolide inter diu noctuque incumbere, mihi nec occaſio nec quidquam defuit, circa hanc materiam

h.) *Diſſertat. de concurſ. & elect. utilior. remedior. contra Sentent. in ſuprem. Imp. Trib. lat. Tubing.* 1717.

i.) *Diſſert. de reſtitut. in integr. contra Sentent. Summor. Imp. Dicaſter. Gieſ.* 1743.

k.) *Diſſert. de reſtit. in integr. contra Sentent. Summor. Imp. Tribunal. Marb.* 1744.

riam propoſui. Invenies quoque Lector Candide, obſervatione digna, quæ quanquam non plane fruſtra, attamen non ſic digeſta & firmata, in aliorum libellis quæſiveris. cæterum nil amplius rogo, quam ut mihi meisque conatibus faveas, & rectiora tuo judicio benigne ſuppleas. Scribebam Wetzlariæ. Die 17. Auguſti MDCCLIII.

CAP. I.

# CAPUT I.

# DE RESTITUTIONIS CONTRA SENTENTIAS SUPREMI CAMERALIS JUDICII, ORIGINE, PROGRESSU & PER LEGES IMPERII FACTA RESTRICTIONE.

§. I.

RESTITUTIONIS in jure ſignificatum varium, præſertim quoad vocis Etymologiam, Homonymiam & Synonymiam, æque ac varias, juris Romani reſtitutionis in integrum ſpecies, hic perveſtigare neque inſtituti fert ratio, neque termini huic Diſſertationi præſcripti nimis anguſti, actum agere enim ſuperfluum duxi. De illo

interim, inter alios videri poſſunt, Sfort. Odd. *a.*) & Haſe *b*) de his autem ſive a minoribus ſive a majoribus petatur. Gales. *c.*) ſive quando ex capite gratiæ ſive ex capite juſtitiæ procedat. Marches. *d*) & Scacc. *e.*)

## §. II.

Mihi enim mens non eſt de ſatis ampla reſtitutionis materia ut & de omnibus ſimul in §. præced. allegatis reſtitutionis in integrum ſpeciebus, de quibus tot eruditi prolixi proſtant tractatus, e quorum numero, Principes hujus materiæ, Galeſium & Sfort. Oddum tantum memorari ſufficiat, quid ſpecialiter in lucem proferre, ſed tantum de ea, quæ ex capite juſtitiæ provenit, & in ordinatione Camerali *f.*) adverſus Sententias hujus Archidicaſterii ſucceſſu temporis fundata fuit, paululum diſſerere & tale, quale tantummodo ad thema diſſertationis meæ illuſtrandum ſufficiet. Antequam vero

*a.*) *Tract. de reſt. in integr. P. I. Quæſt. I. Num. I. ſeq.*
*b.*) *Diſſert. de reſt. in integr. Cap. I. §. 2.*
*c.*) *Tract. de reſtit. in integr. Cap. II. Lib. IV. Tit. I. ff. de reſt. in integr. uſque ad Tit. VII. incluſive. Tit. C. de in integr. reſtit. Tit. 41. Lib. I. Decretal.*
*d.*) *de Commiſſ. reſt. in integr. p. 2. §. 1. Num. 47.*
*e.*) *de appellat. quæſt. 19. remed. 2. Num. 26.*
*L. 1. §. 10. ff. de poſtul.*
*L. 4. f. C. de ſent. paſſ.*
CARPZ. *P. 1. D. 76. Num. 9. & 10.*
*f.*) *P. III. Tit. 52.*
*C. O. C. P. III. Tit. 62.*

vero de formalibus & materialibus hujus beneficii loqui incipiam, non abs re, nec injucundum plane erit, in originem ejusdem prius inquirere, progreſſum & per leges imperii, ob nimium abuſum ſubſecutam valde neceſſariam reſtrictionem & modificationem, ab aliis perfunctorie ſolummodo tractatam, recenſere.

## §. III.

Origo itaque remedii reſtitutionis in integrum, neutiquam & jure patrio *g.)* ſed potius ex vetere jure Romanorum prætorio & jure Canonico *h.)* derivanda mihi videtur. Id enim negari non poteſt, longe ante fundationem Cameræ Imperialis, uſum peregrini juris Romani & Canonici tantopere invaluiſſe, ut ſi non opprimi, ſaltem ſtudio illius negligi viderentur, jura patria. Ab eventu res clara eſt: Nam cum Germaniæ juventus, eo tempore, quo Bononiæ Scholas aperire, & jus publice primum tradi contigit, ſe ad addiſcendum hoc, acervatim huc conferrent, nil aliud exinde ſequi potuit, quam ut reduces cauſis & factis ſibi obvenientibus, hoc applicarent, & nil niſi Romanum in fora propellerent, ex quo facile concludendum, non moribus



*g.) uti Sentit. Haſe Diſſert. d. Cap. II. §. XI. ſeq.*

*h.) D. de* LUDOLF *in Com. Syſt. p. 314. Num. 42. & p. 316. Num. 47.*

HOFMANN *Diſſert. de legit. Sènt. Cam. Imp. exequ. modo Cap II. §. 21. ſeq. a quo refelluntur rationes ab Haſe d. diſſert. in contrarium adducta.*

bus patriis, ſive juri Germanico, ſed juri Romano & pontificio, originem reſtitutionis, adſcribendam eſſe. Ad quod accedit, in prima ordinatione Camerali de anno 1495. provocatum fuiſſe ad jus Romanum & pro norma allegatum *i*) & in poſterioribus circa hanc reſtitutionis materiam, promulgatis legibus, quibus abuſus reſtringebatur, injungitur juris communis obſervantia *k*.)

## §. IV.

Poſt reſtauratam pacem publicam & conſtituto deinde a Maximiliano. Imperatore anno 1495. Auguſtiſſimo Judicio Camerali quo feliciter conſentientibus Imperii ordinibus, fundato, nulli poſthæc jus ſuum armis perſequendi, neque per bellum privatum, uti turbulentis iſtis diffidationum temporibus, bona auferendi, ſed coram hoc ſummo tribunali, in jure experiundi poteſtas relicta erat, initio quidem nullum remedium,

---

*i*.) *Tit. XXII. Rubr.* ob und wie die Appellation von Beyurtheil genommen werden ſolle, in fine verbis: **Wie das in Kayſerlichen Rechten geordnet und begriffen iſt.** Per expreſſionem Kayſerliche Rechte vero in dubitate jus Romanum intelligitur.

*k*.) Gem. Beſcheid de anno 1669. princip. Nachdeme man eine zeithero wahrgenommen, daß faſt in allen an dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht abgeurtheilten Sachen, das Beneficium Reſtitutionis in integrum mißbraucht, **und die in denen beſchriebenen gemeinen Rechten** auch Reichs-Satz und Ordnungen darzu erforderte Requiſita wenig beobachtet worden ꝛc.

medium, contra Sententias Camerales, competiiſſe proſtat *l.*) neque nulla ſit mentio, remedii reſtitutionis in poſterioribus ordinationibus. *m.*) Cum tamen ſubinde, ſtatibus imperii, & partibus litigantibus, ſuper defectu ulterioris inſtantiæ, ſimul conquerentibus, per Advocatos, & Procuratores, introduceretur, ejusdemque abuſus, ad impediendum rei judicatæ effectum, calumnioſamque litis protractionem, in dies magis magiſque creſceret, e re eſſe videbatur, huic remedio alias ſaluberrimo, certos cum condigna animadverſione in delinquentes, præſcribere limites. *n.*) Quæ receſſus viſitationis



---

*l.*) *Ord. C. de anno 1495. Tit. XXI.*

*m.*) *O. C. de anno 1496.*
*O. C. de anno 1500.*
*O. C. de anno 1507.*
*O. C. de anno 1508.*
*O. C. de anno 1517.*
*O. C. de anno 1521.*
*O. C. de anno 1523.*
*O. C. de anno 1527.*

*n.*) Viſitat. Abſchied auf Gericht zu Speyer anno 1533. §. 5. Nachdeme auch in dieſer Viſitation befunden, daß die Procuratores reſtitutionem wieder erlangte Endurtheil vielfältig pflegen zu bitten welches zu Verhinderung der Execution, und mercklichen Schaden der gewinnenden Parthey thut gereichen; Sollen Cammer-Richter und Beyſitzer ein fleißiges Uffſehen haben und wo ſie befinden, daß die Reſtitution calumnioſe, oder gefährlicher Weiß oder aus Urſachen ſo vormals in Gerichts-Händel angezogen und deduciret worden wären, oder ſonſt aus neuen unrechtmäßigen und unerheblichen Urſachen begehrt,

tionis verba, poſtea in ordinationem Cameralem translata ſunt *o.*) & tunc demum, tanquam remedium ordinarium *p.*) quo, qui Sententia ſuccubuere ex novis legitimis & relevantibus cauſis uti poſſent, in hoc Auguſtiſſimo tribunali obtinuit, & articulatim petitiones ſuas in libello proferre ſtatutum fuit, limitatione ratione Sententiarum interlocutoriarum poſtea facta §. VI.

## §. V.

Cumque ex poſt non raro eveniebat, ut ratione fatalium, ſive inſinuandorum ſive reproducendorum proceſſuum, defectus vel a nuncio vel a procuratoribus commiſſus animadverteretur, ob quem partes in deſertionem

---

ſolcher gebethener Reſtitution unangeſehen in der Execution vermög gemeiner Rechten fortgefahren, und die Procuratorn, oder die Partheyen welcher unter ihnen daran ſchuldig, in die expenſas condemniren; wo aber einige Parthey die Reſtitution aus rechtmäßigen erheblichen Urſachen zu bitten vorhätte, ſoll daſſelbige articulatim geſchehen, damit ſich die Richter vermög der Rechten darnach wiſſen zu halten.

o.) *P. III. Tit. 52.*

p.) Diſtinctionem ex jure prætorio deſcendentem, reſtitutionem in integrum eſſe remedium extraordinarium prolixius explanavit, Dn. de LUDOLF, Comment. Syſt. pag. 299. ſeq. de illa, quæ contra Sententias Camerales locum habet, quod ſit remedium ordinarium, non eſt quod dubitem, nam quodcunque legibus imperii & ordinat. Camerali, tanquam norma, cui actiones attemperemus, præſcriptum eſt, non extraordinarii, ſed ordinarii remedii loco venire, res certa eſt.

tionem cauſæ in currerent, vel ob citationem nimis ſero peractam, denegatum iri proclama, videre poſſent, durum autem quodammodo eſſet, partem appellantem ſine ulla culpa, tota cauſa ſua cadere, per citationes vero ad videndum ſe reſtitui partes cum inſigni mora, ſibi conſulere putarent, magis declaratur & a ſumtuoſis ambagibus liberatur etiam in hoc puncto, modus petendi reſtitutionem in integrum, per reſolutionem Collegii Cameralis & ſecutam declarationem DDnor. Viſitatorum *q.*) qua ante oculos habita, in promtu res decidenda erit, cui, an appellanti, nuncio, vel procuratori culpa attribuenda ſit.

## §. VI.

Attamen non longe poſt, cum circa petitiones reſtitutionis in integrum, ratione fatalium ut & termini præjudicialis ad protrahendas lites, varias nectere moras conſuevit, ut ſuper iisdem multi menſes & anni, antequam cognoſceretur dilaberentur, terminus ſtatui certus neceſſe fuit, ne ad obtinendam hanc, petens plus temporis habeat, quam re adhuc integra habuiſſet. *r.*) In cauſis reſtitutionis in integrum adverſus Sententias interlocutorias vero, ad præſcindendas ambages ſtatutum *ſ.*) ſepoſita citationis via, ſi Procurator apud

 acta

*q.*) *Vid. Corp. Jur. Cam. edit. Francofurt. de anno 1724. num. CCCIX. pag. 442. & 443. ſeq.*

*r.*) *Dub. Cam. de 1595. Dub. LXIX. in Corp. Jur. Cameral.*

*ſ.*) *Dub. Cam. de 1595. CXXI.*

R. Deput. Abſchied de anno 1600. §. 138.

acta, in continenti ſive ſummarie, ſive articulatim, quod Judicis arbitrio relictum, procedendum eſſe, facta diſtinctione inter Sententias definitivas, contra quas petitiones articulatim initio formandæ eſſent. §. IV.

## §. VII.

Modus hic libellandi articulatim non ſolum in reſtitutionis, ſed & aliis omnibus, in Judicio Camerali ventilatis cauſis ab initio uſitatus, *t.*) per Rec. Imp. Nov. vero abrogatus fuit *u.*) & ad extirpandas ſupervacaneas ambages ſancitum, ut partes litigantes, omnia ſua ſcripta, exceptis articulis probatorialibus, non ſolum in Judicio Imperialis Cameræ ſed & ſtatuum imperii, ſummarie concepto producant, libellumque præmiſſa ſuccincta facti ſpecie & concludenti ad hanc petito,

---

*t.*) *O. C. P. III. tit. 52.*
R. *Depat.* Abſchied *de 1600. §. 138.*
*C. O. C. P. III. Tit. 49. §. 7.*

*u.*) de anno 1654. §. dieſemnächſt 34. in medio fürs erſte ſolle der bisher in mehr Weg mißbrauchte Modus zu articuliren und ad articulos zu reſpondiren, ſamt allen denen bishero nach ſich gezogenen Terminen und Anhängen darbey und darüber auch befliſſentlich vorgangenen ohnnöthigen Diſputationen und uffzüglichkeiten, nur allein die probatorialn, da die Partheyen wollen, und wann es die Nothdurfft erfordert, wie auch die Reſponſiones und antworten uff dieſelbe ausgenommen, hinführo gänzlich caſſirt, und aufgehoben ſeyn ꝛc. It. §. 96.
*Not. ad C. O. C. in Corp. Jur. Cam. P. III. Tit. XXII. ad §. 1. & tit. XLIX. ad §. 7.*

tito, omiſſis omnibus ſuperfluis juris allegationibus concipiant, v) ſin ſecus rejicitur, idque aliquando cum pœna dupli ordinationis w.) partibusque terminus ex officio ad producendum libellum ſummarium præfigitur, & hoc contumaciter elapſo, appellatus a citatione abſolvitur. Id quod ſaltem incidenter hic adducere volui.

## §. VIII.

Talis erat ſuccincta facies, petendarum reſtitutionum in integrum in ſupremo Judicio Camerali, tam adverſus Sententias definitivas, quam interlocutorias, ab initio, usque poſt tempora Rec. Imp. Nov. Cum tamen uſus beneficii hujus in dies magis magisque vergeret in abuſum, neque hujus requiſita, partim in jure civili, partim usquedum in legibus imperii & ordinat. præſcripta obſervarentur, ſed potius partes litigantes eo calumnioſe & frivole, neutiquam vero ex cauſis novis, ante hac in actis non ablegatis, iisque nec legitimis nec relevantibus, tali modo abuterentur, ut pœne nulla in Auguſtiſſimo hoc Archidicaſterio per Sententiam decideretur cauſa contra quam reſtitutio, non imploraretur, certo non alio fine, quam ad effectum rei judicatæ impediendum, & ut lites cum maxi-



BLUM. *Pr. Cam. tit. 68. num. 22.*
STRYK. *Introd. ad prax. forenſ. Cap. VII. §. 2.*
v.) *R. I. N. §. 34.*
Dn. de LUDOLF. *in Suppl. Obſ. Forens. Obſ. 377.*
w.) BLUM. *Chil. Sent. Cam. num. 145. & 155.*

maximo detrimento partis victricis, immortales fierent, ad hoc avertendum & præſcindenda peſſima ſubterfugia, arctior modus & forma petendarum reſtitutionum in integrum adverſus Sententias Camerales per Decretum commune de 7. Jul. 1669. quod integraliter in finè ſub Num. 1. adjungere animus fuit, præſcribitur, ſimulque per alterum decretum Illuſtr. Collegii Cameralis de 7. Jul. 1671. ſub Num. 2. adjunctum, ſtatuitur, ut partes remedio hoc uti volentes eorumque Procuratores & Advocati in eadem audientia, qua libellum implorationis, pro reſtitutione in integrum producunt, *x.*) mediante mandato ſpeciali *y.*) de præſtando juramento calumniæ, ſimul producto, formulam infra ſub Num. 3. appoſitam in continenti jurent. Quibus ſaluberrime ad pervicaciam partium, haud raro in hoc remedio refugium pravæ cauſæ quærentium, earumque cauſas agentium, reſtringendam, per Rec. Viſit. Nov. de 1713. in legem Imperii adoptatis, nulli ſi tam ſalutis

---

*x.*) Verbum producere & exhibere cum alias pro ſynonimis reputentur, ſecundum Stylum Judicii Cameralis, non unam eandemque ſignificationem habent; producere enim de ſcriptis judicialibus, welche in der gerichtlichen Audienz übergeben werden exhibere vero, quæ extra illam Notario hebdomatario, pro impetrandis proceſſibus in Cancellaria traduntur, ſolummodo prædicatur.

*y.*) Hujus formulare, cui ſimul juramentum reſtitutionis, juxta d. Decret comm de 1671. inſeri debet, poſt ſcriptum illo, in Corp. Jur. Cameral. de 1724. Num. CCCCLXII. p. 924. & cum interpretatione juramenti appoſita ſub adjuncto III. in Haſii Diſſertat. ſupra allegat.

ſalutis æternæ, quam temporalis memor eſſe, & gravem mulctam imo quod Procuratores attinet, pro re nata comminatam ſuſpenſionem & remotionem ab officio, detrectare vult, absque debitis & legitimis requiſitis, hoc remedio uti, facile ſuadendum erit.

## §. IX.

Attamen ſaluberrimæ leges, ſæpius utleriorem litigandi pruriginem, præſertim deſperata cauſa nec refrænare, nec pœna perjurii gravis perverſos mortalium animos deterrere, neque minus graviſſimæ pœnæ aliquando ſufficere poſſunt, ne ſubinde varii iterum defectus circa negotium quoddam emergant. Et id quoque contigit ratione novæ in §. præcedenti recenſitæ & introductæ reſtitutionis in integrum formæ. Temere enim ſe offerebatur aliquando, ad præſcriptum juramentum ſpeciale, etiam a Procuratoribus in proprias animas, minus ſecuri, an petita reſtitutio in integrum ſit qualificata, an adſint revera nova, in priori inſtantia ignorata, neque ventilata & deciſa nec ne. Huic proclivitati itaque limites ulterius poni neceſſe fuit, a Camera Imperiali, quod factum in Decreto communi de 1721. *z.)* quo porro ordinatum, ut libello reſtitutionis

*z.)* Gem. Beſcheid vom 4ten April 1721. ubi varii defectus in officio Procuratorum, notantur & corriguntur. n. 6to beyſuchender Reſtitution in integrum die unbeſonnene Oblation des Eydes für Gefährde auch in eigne Seele ohne die Acta eingeſehen, und ob es in der That neue, vorhin

tionis producto, Procuratores partis impetratæ, eidem per generalia, tanquam non novis, ſed in retro actis jam deductis & deciſis, non contradicant, ſed ſpecialiter indicent, in qua qarte Actorum, jam antea prolata ſint argumenta reſtitutionem prætenſe fundantia. a.) Pari modo conditionata oblatio, ad præſtandum juramentum calumniæ ſpeciale, Procuratoribus prohibita & pura injuncta fuit. b) Et hæc de noviori petendarum reſtitutionum in integrum forma; aliæ namque leges noviſſimæ de hac materia promulgatæ mihi hactenus non conſtant.

## §. X.

Viſis nunc in antecedentibus breviſſimis originem remedij reſtitutionis in integrum, & varias circa illud ſubſecutas legislationes, quibus reſtitutionem adverſus

---

nicht vorbracht und abgeurtheilte Sachen ſeyen erwogen zu haben, auch ohne zu melden, wann und von wem ſie, oder ihre Prinaipalen ſolche angegebene nova, oder warum nicht ehender, bekommen haben können; Sodann mit Einmiſchung der vorigen Sachen, zu Accumulirung ſowol der Acten, als der Mühe des Referenten mithin Verzögerung der Juſtiz &c.

a.) Ibid. num. 7mo daß auf übergebenes Reſtitutions-Geſuch, der Gegentheil ſolchem nur per generalia, als vorhin vorgekommenen Sachen contradicirt, da vielmehr wo es in actis vorkommen, dabey ſpecialiter gemeldet werden ſolte.

b.) Gem. Beſcheid vom 9ten Febr. 1733. Haſe, d. l. §. 31.

verſus Illuſtriſſimi Cameralis Judicii Sententias petentium temeritati obicem ponere neceſſe fuit, & quod illud niſi ob juſtas novas, & antea non allegatas, legitimas atque relevantes concedatur cauſas, nunc ad definitionem devenire placebit.

## §. XI.

Reſtitutio in integrum eſt remedium juris ordinarium, quo Judex Cameræ partem Sententia gravatum, ex juſtis, novis & antea non allegatis legitimis & relevantibus cauſis, in eum ſtatum reducit, in quo ante latam Sententiam Cameralem fuit.

## §. XII.

Competit itaque hoc remedium per Sententiam Cameralem gravatis, attamen non niſi ex juſtis cauſis & novis argumentis *c.*) quas impetrans antea vel ignoravit, vel rei inſervire non credidit, **die er vorher nicht gewuſt, oder zur Sache undienlich erachtet, nunmehro aber ſolche von rechtswegen, ohne Wiederholung desjenigen, ſo allbereits** in facto & jure **vorgekommen, dazu genugſam** qualificirt **zu ſeyn** glau-



*c.*) *O. C. P. III. Tit. 52.*
*C. O. C. P. III. Tit. 62.*
*Decr. Comm. de 1669.*
*Decr. Comm. de 1671.*
*Sfort. Odd. P. 1. quæſt. 34. num. 32.*

glaubet. *d.*) Quibus deſtitutis & cum alias magis ad effectum rei judicatæ impediendum, tendat, minime concedendum, ſed prorſus denegandum erit *e.*)

## §. XIII.

Locum habet remedium reſtitutionis in regula adverſus quamcunque Sententiam Cameralem, tam definitivam, quam interlocutoriam, vim definitivæ habentem tanquam remedium ordinarium, qui ſe gravatos putant. Idque innuunt verba ordinationis *f.*) petiturque vel judicialiter vel extrajudicialiter. De judiciali hic paucis, de ea vero quæ extrajudicialiter impetrari ſolet, infra dicam. Cum vero nulla regula tam firma ſit quæ exceptiones non admittat, diſquirendum breviſſimis erit, in quibus cauſis petita reſtitutio, adverſus Sententiam Cameralem ceſſat.

## §. XIV.

Dixi in §. præced. adverſus interlocutoriam Sen-

---

*d.*) Vide formulam juramenti ſpecialis in adjunctis ſub num, III.

*e.*) *L. 19. ff. de Except.*
KLOCK. *Relat. Cam. Relat. XXX.*
BERLICH. *II. Dec. CLXV.*

*f.*) *C. O. C. P. III. tit. 62. princip.* Namdem ſich auch befunden, daß die Procuratores reſtitution wieder erlangte End-Urthel vielfältig zu bitten pflegen, Ibid. §. 2. wann aber gegen eine Interlocutori reſtitutio in integrum zu bitten.

tentiam vim de finitivæ habentem, & quæ utroque partium litigantium ſatis audito in forma Sententiæ lata eſt, reſtitutioni locum eſſe; Hoc autem de ſimplici non intelligendum, nam hæc proceſſum tantum inſtruit & dirigit *g*) neutiquam vero cauſæ principali tale præjudicium affert, quod per definitivam non poſſit, reparari, quod ſecus in illa. *h*.) Ideo fruſtratorium ſolummodo eſſet, contra hanc reſtitutionem in integrum admitti.

## §. XV.

Ceſſat porro ubi jurisdictio Cameræ non eſt fundata, id quod diverſimode accidere poteſt. I. Ob ſummam appellabilem deficientem. *i*.) II. Ob privilegium

 obſtans

*g*.) BOEHM. *Introd. ad Jus Dig. Lib. 42. Tit. 1. §. 3.*

*h*.) *L. 14. ff. de re jud. & effect. Sent. L. 42. ibid.*

*i*.) Summa appellabilis per Rec. Imp. Nov. de 1654. §. 112. ad 400. Imperiales eſt adaucta & in reditibus irreluitivis ad 16. Imperiales, Bl. Pr. Cam. Tit. 46. num. 9. & 12. Rod. 1. Tit. 29. num. 43. ſeq. Si hæc ergo deficit, juriſdictio Cameræ non eſt fundata, limitationem vide §. 114. R. I. N. Uſuræ porro cum ſorte non computantur ſive agatur de ſumma ordinationis, ſive de privilegio ſtatus cujusdam. Praxis in his diſtinguit, quum horum formalia ad verba ſonent: Hauptſumm, Capital, Hauptſtuhl, Hauptgeld, oder Hauptguth, hoc enim caſu, penſiones cum ſorte cumulari nequeunt, an vero extent verba: Hauptklag, Hauptſach, quo cumulari permittunt. Tulem. in Relat. Cam. 15. num. 36. ſeq. & proceſſus in Camera decernuntur conf. DECKH. ad KOCH. p. II. Tit. 28. num. 93. differentia in eo conſiſtit, quod in Hauptſach penſio

obſtans, cui clauſula proceſſuum obtentorum caſſatoria per ſe ſemper inſerta eſt. III. Propter Sententiam priorem, quæ neglectis fatalibus in rem judicatam tranſiit, *k.*) IV. in omnibus aliis cauſis non devolubilibus. V. in cauſa Mandati per Sententiam caſſatorii. *l*) & VI. in Sententiis abſolutoriis ab inſtantia *m.*) ſed plerumque hæ priores cauſæ ideo raro exiſtere poſſunt, quia pro proceſſibus in hoc Illuſtr. Judicio ſupplicantes, formalia ſemper rite obſervata & juris dictionem Cameræ fundatam eſſe, accurate docere debent; *n.*) alias petiti proceſſus denegantur, vel per Decretum prælocutorium, ſi defectus quidam apparet, ad hunc removendum, adiguntur. Fieri tamen poteſt, ut ratione qualitatis cauſæ

---

cumulata æque habeatur pro ſorte. Dn. de LUDOLF Comm. Syſt. Sect. I. §. 12. p. 167. & in auctar. VI.

*k.*) Si enim præcedens Sententia non interpoſito remedio appellationis, vim rei judicatæ accepit, poſterior Sententia per judicem appellationis non poteſt corrigere.

*l.*) Mandato caſſato per Sententiam, res redit ad priſtinam nihilum, ergo non poteſt reviviſcere, per viam reſtitutionis, ſed alio Mandato, ex aliis cauſis juſtificabilioribus opus erit.

*m.*) Citatio nempe hoc caſu eſt extincta, eo ipſo vero fatalia, non amplius integra, cum tamen plerumque ratio hujus in culpa partis quærenda, ſi hanc itaque purgare poterit admittendus, præſertim, ſi cauſa principalis aliquam habet juſtitiæ ſpeciem, durum enim foret, ob commiſſam negligentiam in formalibus, vel ignorantiam partis, tota cauſa cadere.

*n.*) Dn. de LUDOLF. *Com. Syſt. p. 214. num. 29.*

cauſæ, v. c. rei feudalis, *o.*) matrimonialis vel eccleſiaſticæ *p.*) quam ſupplicans ſtudioſe celavit, vel cauſa ipſa moram non tulit, caſus aliquando evenire poſſit, & tunc cauſis rite examinatis, pronunciata ex poſt Sententia non devolutoria, petitam reſtitutionem, nullius effectus eſſe, tute affirmare poſſum.

## §. XVI.

Quæſtionem inter DDres ſatis agitatam æque ac in praxi diverſam, an contra tres conformes Sententias ulterior detur provocatio; in quantum ad ſubſtratam materiam, hic attingere placet. In Camera hac Auguſtiſſima, uſus conſtitutionis L. un. C. ne lic. in un. ead cauſ. non obtinet, ſecundum verba legis diſtinctione facta, inter tertiam provocationem & tres conformes Sententias, adeo ut in poſteriori caſu, appellationem indiſtincte admittat. *q.*) Evenirè enim poteſt, ut coram uno eodemque Judice & in una eademque inſtantia, cum Judex poſt latam Sententiam remedium reſtitutionis, nullitatis, ſupplicationis, reviſionis aliaque partibus indulget, tres ferantur Sententiæ



*o*) *Contra Capit. Nov. art XXI.*
MOSERS Anmerckung *ad Capit. Imp. Carol. VII. P. II. p. 553.* *p.* III *275.*

*p.*) Ad ſuas cauſas decidendas Camera enim conſtituta non eſt.

*q.*) GAIL. *L. 1. Obſ. 72. num. 3.*
MYNS. *Cent, 1. Obſ. 15.*

tentiæ conformes, quæ tamen veluti ab eodem Judice latæ pro una tantum reputari poſſunt. Cum itaque tali modo fieri poſſet, ut cum inſigni partium damno, beneficium appellationis ad ſuperiorem præcluderetur & reſervata cognitio Cameræ Imperialis de iis quæ tendunt ad præcluſionem appellationis, de nihilo eſſet, r.) ulterius patet, conſtitutioni de tribus conformibus Sententiis in Illuſtriſſimo Cameræ Imperialis Judicio locum non eſſe, quod quoque in appellationis Judicio Dresdenſi ſervari teſtatur, CARPZOV. ſ.) & praxi convenit. Aliter quoad reviſionem in hoc caſu per exceptionem ſentiunt. t.)

## §. XVII.

Minus autem dubitationis præmiſſis his mihi occurrit, ſtatui, inattentis tres Sententiis antérioribus conformibus remedii reſtitutionis in integrum, locum eſſe dandum u.) non tantum ex in §. præced. adductis & allegatis rationibus, quia inter appellationem & reſtitutionem multæ occurrunt differentiæ ſed quia hæc ex novis & juſtis datur cauſis. Etenim quis negare poteſt, poſt

---

r.) *O. C. P. II. Tit. 28.* §. Und dieweil bishero ꝛc.

ſ.) *Reſp. Elect. 101. Lib. 3.*

t.) RASOR. Differt. de remed. reviſ. adverſ. Decr. extrajud. loc. non hab. nuperr. Gieſſæ habita, ſed differentia patebit in hoc, cum in Reviſione actorum nova non admittantur, quæ remedium reſtitutionis in integrum præciſe requirit.

u.) LYNCK. *in Protrib. Delib. VII.*

tres conformes Sententias non exiſtere poſſe novas & juſtas cauſas quas impetrans in prioribus inſtantiis nec ſcivit, nec adducere cauſæ proficuum judicavit ſive hoc fiat per inſtrumenta noviter reperta, ſive per teſtes, aliove modo, quæ omnia ad retractationem Sententiæ, ſufficere poſſunt. Conſequens itaque erit, reſtitutionem in integrum, tres Sententiæ conformes non excludere

## §. XVIII.

Cum quæſtionibus controverſis me implicitum video, diſpiciendum, an contra tranſactionem detur reſtitutio in integrum. Communis eſt DDrum opinio in emtione venditione aliisque bonæ fidei contractibus L. 2. C. de reſc. vendit. obtinere *v.*) an vero etiam in transactionibus de hoc magna eſt controverſia. Alii locum huic eſſe dandum ex læſione ultra dimidium juſti pretii & æquitate. *w*) Alii vero in negativam abeunt. *x.*)

---

*v.*) MYNS. *Cent. IV. Obſ. 73.*
NATTA *Vol. I. Conſ. 207. num. 2.*
*L. ſ. C. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*
*L. eleganter ff. de pignorat. act.*
KLOCK. *Tom. II. Cons. 43. num. 71.*

*w.*) DEC. *Conſ. 60. uum 4.*
SOC. *Sen. Vol. I. Conſ. 85. num. 3.*
GUTTIREZ. *Lib. II. Cap. 141.*
KLOCK. *V. II. Conſ. 57. num. 16.*
*Conſt. Elect. Sax. P. II. Conſt. 34.*

x.) Horum rationes inveſtigare nec tempus, nec ratio ſuadet, allegare itaque ſufficiat, quid uſu & praxi in hoc Auguſtiſſ. Cam. Judicio obtineat, & quam opinionem tanquam veriorem in caſu obveniente ſequatur. Requiſita transactionis conſiſtunt I. in re dubia & in certa, II. ut celebarata ſit, dato aliquo vel retento vel remiſſo, & III. ut bona fides, excluſo dolo vero vel præſumto interveniat. His requiſitis concurrentibus nulla datur reſtitutio adverſus tranſactionem y.) etiamſi in quadruplum quis læſus eſſet, z.) dubium namque & incertum litis eventum, qui nullo modo æſtimari poteſt, tranſigens remittit, ergo ſuper læſione minime conqueri poteſt a) quod quoque ſe ita habet, etiamſi quis ex documentis noviter repertis transactionem reſcindere cupiat. b.)

---

x.) MEV. *P. IV. Dec. 30.*
*L. fratres. C. de tranſact.*
MANT. *de Tac. con. L. 26. Tit. II.*
AFFLICT. *Dec. 220. num. 1.*

y.) MEV. *P. II. Dec. 245.*
GAIL. *L. II. Obſ. 70. num. 1.*
SEILER. *Sent. Cam. de 1538.*
ZAS. *Lib. 1. Conſ. 18 num. 16.*
*L. in ſumma §. 1. ff. de condict. indeb.*
GYLM. *Symphor. T. IV. P. I. Vot. 14.*

z.) *L. 19. C. de tranſact.*

a.) *L. 1. C. de pact.*
*L. ſi ea lege C. de uſur.*

b.) *L. 19. C. de tranſact. Cap. 1. X. de tranſact.*

## §. XIX.

Attamen diſtinctio aliqua ut locum habeat neque negandum, neque rationi & legibus adverſarium eſt, quæ in eo conſiſtit, quando quis per transactionem, concurrente dolo adverſarii enormiſſime læſus eſt *c.*) modica enim læſio ſecundum §. præced. non attenditur. Quæ ſcil. enormiſſima læſio, ſi clare docetur & dolus adhibitus probatur *d.*) parti gravatæ per reſtitutionem in integrum ſuccurrendum eſſe omnino puto, *e.*) quod fieri poteſt, ſi ſit immediatus, contra quem imploratur, mediante Citatione ad videndum ſe reſtitui, adverſus transactionem, aliquando etiam ſi ſuper lite in Camera Imperiali pendente transactio facta, ex continentia cauſæ ibidem. Si ſubſtantialia transactionis in §. præced. recenſita autem revera adſunt ex hac ratione non facile recedendum eſt a negativa, & manent omnes transactiones validæ, quamdiu durat dubietas cauſæ, de qua transactum, ne lis ex lite oriatur, cum præſertim trans-



*c.*) *L. fi. ſuperſtes. C. de dol.*
*L. Creditor §. Lucius ff. mal. dol.*

*d.*) *L. 13. L. 22. C. de transact.*
*L. fin. C. de dol. mal.*
MEV. *P. IV. Dec. 31.*

*e.*) DEC. *Conſ. 105. num. 4.*
MOLINÆ. *Conſ. 42. num. 11.*
RICHT. *P. II. Dec. 99. num. 54.*
KOPP. *P. I. Dec. 58. num. 22.*

actio ad hoc ſit inventa, ut litibus imponatur finis, quem jura in quacunquæ controverſia deſiderant. *f.*)

§. XX.

Ad aliam devenio quæſtionem, non quotidie occurentem, quæ in eo conſiſtit, an contra compromiſſum, per quod placito partium, cauſa in Camera Imperiali deciſà eſt, locum in veniat? Nota eſt res, jure Romano Compromiſſa accedente ſtipulatione & pœna adjecta contrahi, *g.*) nec nudo ſubſtetiſſe pacto, *h.*) licitumque fuiſſe, una alterave parte pœnitentia ducta, ab his ſoluta pœna reſiliire. *i.*) Verum cum hodie alter altero invito non poſſit regredi, a compromiſſo inito *k.*) moribusque allegata lex, abrogata ſit, pactove nudo in foris noſtris tantum attribuatur afficaciæ, quantum Romanorum uſitatæ ſtipulationi, *l.*) non eſt, cur antiquis diu immoror. Com-

*f.*) *L. quidam ff. de reb. cred.*
DEC. *Conſ. 630. num. 4.*

*g.*) *L. 11. §. 2. L. 13. pr. L. 21. §. ult. & L. 31. ff. de recept.*
*L. 1. C. d. Tit.*
*Nov. 82. cap. 11.*

*h.*) *L. 5. C. de recept.*
BACHOV. *ad. pr. part. ff. Lib. II. Tit. 14. rubr. de pact. legit.*

*i.*) *L. 30. ff. de recept.*

*k.*) REGNER. *Cenſ. belg. ad dict. l. 30. ff.*
GROENWEG. *de LL. abrog. ad eand.*
CARPZ. *P. I. C. I. Dec. 16.*

*l.*) MEV. *P. V. D. 407.*
HAHN. ad WESENB. *Tit. de pact. num. 9.*

## §. XXI.

Compromiſſum eſt pactum, quo partes ſuper rebus ſuis controverſis, facultatem judicandi, in unum plureſve arbitros conferunt, & horum Sententiæ aliquando pœna adjecta ſtare promittunt: Fluit itaque ex hoc, cum pacta ſint ſervanda *m.*) regulariter non eſſe recedendum a laudo arbitri *n.*)

## §. XXII.

Cum vero de cauſis compromiſſorum, quæ ad Cameram, ceu Judicem ordinarium *o.*) ad evitandas multiplices proceſſuum ambages, devolvuntur, mihi ſolummodo dicendum propoſui, ad rem properandum eſt. Ex ordinatione *p.*) patet, Auguſtiſſimo Imperial. Cameræ Judicio ab initio liberam fuiſſe Facultatem Compromiſſa recipiendi, quod ad jurisdictionem arbitrariam referendum *q.*) quæ facultas poſtea ad duos tantum caſus, primo ad ſtatus Imperii, jure auſtrega-

 rum

*m.*) *L. 1. pr. ff. de pact.*

*n.*) *L. 27. §. 2. ff. de recept.*

*o*) de jure civili in ordinarium regulariter compromittere non licet, *L. 9. §. 2. ff. de recept. quod ſecus de jure Canon. C. 5. 7. & 10. X. de arbitr.* BLANC. *de compromiſſ. quaſt. 2. num. 47.* quod in praxi & Camera Imperiali receptum. KLOCK *Relat. Cam. Relat. LXXII. num. 146.*

*p.*) *P. I. Tit. 30. §. 3.* in medio Compromiſs - und Bewilligungs-Sachen an das Kayſerliche Cammergericht.

*q.*) Dn. de LUDOLF *Com. Syſt. Sect. I. §. 1. p. 1. & 2. ſeq.*

rum gaudentes, & ſecundo ad illas perſonas, **welche ihrer Eigenſchafft nach in erſter** Inſtanz **ans Cammergericht gehörig**, per legem imperii reſtricta fuit *r.*) Olim compromiſſa frequentiora fuere quam hodie noviſſimum exemplum, quod ad hanc quæſtionem trutinandum me commovit mox recenſebo.

## §. XXIII.

Modum procedendi quod attinet, & quomodo quibuſve temporibus, cauſæ compromiſſorum tractari ſolent, de quibus alii videri poſſunt *s.*) hic recenſere non expedit, quum quæſtionem tantum decidendam propoſui, an contra laudum Auguſtiſſimi Cam. Imp. Judicii, reſtitutioni in integrum locus ſit dandus; Secundum jus Romanum partes laudo arbitrorum deciſivo, ſimpliciter ſtare debent *t.*) nec appellationi nec aliis remediis, ſive ſit æquum ſive iniquum locus eſt. *u.*) Id quod quoque de Sententia in cauſa compromiſſi

*r.*) *Rec Imp. de anno 1594. §. 64. & 65.*
*C. O. C. P. II. Tit. 38.*

*s.*) RULANT *de Commiſſ. P. III. Lib. 9. cap. 3.*
BLUM. *Pr. Cam. Tit. 38.*
*C. O. C. P. II. Tit. 38.*
LUDOLF *Diſſert. de juriſdict. compromiſſar. §. XLIV. ſeq.*

*t.*) *L. 27. §. 2. ff. de recept.*

*u.*) *L. 1. C. do recept. arbitr.*
CARPZ. *P. I. C. 1. Dec. 13. num. 7.*
SCHILTER. *Exer. ad ff. Exerc. 12. §. 6.*

miſſi ab Auguſtiſſima Camera lata', affirmandum puto. Ratio quæ me movet in hoc potiſſimum conſiſtit, quod I. Partes per Compromiſſum, renunciatis omnibus juris remediis & exceptionibus, ſibi ſe invicem obligent, ſe velle ſtare Sententia hujus archidicaſterii. II. quod pactum hoc nullo alio ineatur fine, quam ut multifariæ proceſſuum ambages evitentur, & cauſa controverſa eo citius decidatur & III. quod intentioni partium, neutiquam conveniens, ſed potius contra naturam initi pacti ſit, una alterave parte, de læſione per Sententiam compromiſſariam conquerenti, remedium aliquod concedi, cui attamen libere renunciavit. His igitur perpenſis, non invenire poſſum, qua ratione concedam reſtitutionem in integrum, contra Sententiam compromiſſariam, in ſummo archidicaſterio Camerali pronunciatam. Quomodo enim hoc cum natura pacti conveniret, & quomodo quæſo? intentio partium aſſequeretur, & cujus eſſet renunciationis remediorum effectus, imo compromiſſi ipſius, ſi in attentis his, attamen omnia remedia, quæ ordinarie adverſus Sententias Camerales competunt, etiam hic locum invenirent? Conſultius potius hoc caſu partibus eſſet, cum mihi nullum diſcrimen occurrit, cauſas per viam ordinariam, ad parcendos ſumtus qui, quum cauſa compromiſſi, extraordinarie & non horis ad frequentandum Senatum conſuetis, tractari ſoleant, exſolvendi ſunt, ad Cameram de volvere.

## §. XXIV.

Nec eorum Sententia me movet *v*.) qui ex hac ratione, quod Illuſtriſſ. Cam. Judicium, vi jurisdictionis ordinariæ, in cauſis compromiſſi, procedat, executionemque habeat, remedio huic largiri imo ex hoc fundamento, quoque omnia remedia, quæ alias contra Sententias Camerales, & ſecundum leges Imperii obtinent, concedere videntur. *w*.) Negari quidem non poteſt, Illuſtriſſ. hocce Judicium, vi jurisdictionis ordinariæ compromiſſa recipere. Exinde autem non ſequitur, remedium reſtitutionis adverſus Sententias compromiſſarias, tanquam ordinarium, locum invenire, partes enim expreſſe omnibus remediis, conſequenter quoque huic renunciant, & in Sententia acquieſcere ſibi invicem promittunt. Quamdiu autem ad renunciata regreſſus non valet, & pacta ſervanda ſunt, tamdiu locum remedii reſtitutionis in integrum adverſus Sententias compromiſſarias hujus Archidicaſterii, locum non eſſe dandum cenſeo, idque ex natura rei & ſecundum analogiam juris. Aliud forte ſtatuendum, ſi partes remedia contra laudum ſibi reſervaverint. Poſitis equidem his circumſtantiis, conventio talis prorſus a natura compromiſſi recederet.

§. XXV.

---

*v*.) LUDOLF. *Diſſert. de jurisdict. Compromiſſar, ibique allegat.*

*w*.) MULLER *ad Struv. Tit. de recept. §. 94.*
LAUTERB. *Diſſert. de arbitr. Compromiſſar. §. 21.*

## §. XXV.

Attamen mores & praxis mihi obloqui videntur, & præjudicia partim a DD. allegantur *x.*) in quibus contra laudum arbitri a Celſiſſ. Camera reſtitutio decreta, & laudum Judicum Compromiſſariorum reformatum fuit, quæ tamen omnia ad probandum non ſufficiunt, remedium reſtitutionis in integrum adverſus Sententias Camerales Compromiſſarias in regula obtinere poſſe, quum a caſu propoſito longe differunt, & reductio non a Sententia Compromiſſaria Camerali, ſed adverſus laudum Exterorum tantum a Camera Imperiali facta fuiſſe fertur, & quamvis quis nullam differentiam ſubeſſe animadvertat, ſed potius concludendum credat, ſi Camera Imperialis reſtitutionem, adverſus laudum exterorum concedit, adverſus ſuam Sententiam compromiſſariam quoque concedat neceſſe ſit. Attamen mihi hucusque nullum exemplum innotuit nec invenire potui, quo pars contra Sententiam Cameralem compromiſſariam remedium reſtitutionis in integrum cum fructu interpoſuerit & victoriam ſive ex toto ſive ex parte reportaverit. Inſuper accedit, quod per leges Imperii nullum remedium, adverſus Sententias compromiſſarias Camerales neque reviſio conceſſa ſit, niſi in caſu læſionis enormiſſimæ *y.*) quam diſpoſitionem

---

*x.*) LYNCK. *de Grav. Extrajud. P. II Cap. IX.* §. *26. num. 8.* MEICHSN. *Dec. Cam. Dec. V. p. 47. ſeq.* GYLM. *Symphor. Supplicat. T. IV. p. 1. pag. 44. ſeq.*

*y.*) *R. J. de 1594.* §. *65.*

tionem tamen, cum de jure communi nulla datur appellatio, in cauſa compromiſſi, per §. XXIII. & ubi appellationis beneficium interdictum, ibi etiam reviſio exulat, per legem imperii noviſſimam, z.) mutationem accepiſſe, haud dubie conſtat. Porro compromiſſum ſpecies transactionis eſt, & ita quod in §. XVIII. & XIX. poſitum, etiam hic obtinere, non incongruum erit dicere. Noviſſimum exemplum de quo in XXII. mentionem feci, hanc materiam certo modo clariorem reddere potuiſſet, niſi eventu ulteriori res caruiſſet, a.) certe optan-

---

*C. O. C. P. II. Tit. 37. §. 3.*

z.) *R. J. N. de 1654. §. 125.*

a.) Cauſa enim Dris Samuel Weißbachs proprio & liberor. nomine, contra Junckeriſche Erben ab arbitris compromiſſariis Hamburgenſibus, inter ſe ratione laudi diſſentientibus, nec partibus, hac difficultate exiſtente, ratione certæ perſonæ quæ vulgo dici ſolet der Obmann convenientibus, ad Cameram Imperialem conſenſu omnium devolvebatur, hac inter partes de 18va Mart. 1749. inita novi compromiſſi lege, cum in priori de 19na Aug. 1746. remedio appellationis, reductionis, reſtitutionis, Reviſionis & quærelæ nullitatis, adjecta pœna ad 1000. Imperial. in caſum contraventionis unius vel alterius partis, renunciaſſent, prout ſequentia, quoad paſſum concernentem, ſonant verba: Wie nun zu höchſt gedachtem Kayſerlichen und Reichs Cammergericht, partes litigantes die unterthänigſte Zuverſicht hegen, daſſelbe ihrem perito gnädigſt zu deferiren geruhen werde. Alſo verpflichten ſich dieſelbe unter ſolcher Hofnung, daß ſie dem deciſo deſſelben ohne einzeige Ausflucht, gehorſamlich geleben, und nachkommen wollen, unter verband ihrer Haab und

optandum eſſet, ut in hac materia inter tot diſſentientium opiniones, tandem aliquid certi ſtatueretur. Valde enim incongruum mihi videtur, partibus compromittentibus, quæ ſibi ipſis legem, aliquando profligatis omnibus remediis ordinariis dicunt, ſe in deciſo Auguſtiſſimæ Cameræ acquieſcere velle, contra placita ſua



---

Güther & ſub pœna realis executionis &c. Acta deinde prout jacebant, prævia inrotulatione in præſentia partium peracta, cum relatione & votis Compromiſſariorum, ad Cameram Imperialem trausferebantur, & cauſa porro ibidem per Sententiam de 24. Nov. 1751. publicatam, in favorem Dris. Weißbachs decidebatur, cui ſub prima Febr. 1752. ad inſtantiam Doctoris Rulands, Mandatum de exequendo petentis, loco hujus paritoria ad 6. ſeptimanas, jungebatur. His præviis Dr. Ludolf nomine viduæ Sará Beckhofs, quæ, cum lis ſuper hereditate quadam exorta erat, tanquam proximior heres, jus potius præ reliquis heredibus prætendebat, neglecta interpoſita reviſione, ſub 8. Mart. d. a. producit unterthänigſte implorationem pro reſtitutione in integrum, adverſus Sententiam Cameralem de 24. Nov. 1751. publicatam, quam petitionem inſequebatur Sententia ſub. 24ta Mart. d. a. ſequentis tenoris. In reſpective entſchiedener Sachen Dr. Samuel Weißbach Klägern eins, entgegen und wider Agatha Junckerin Erben und Conſorten beklagte andern theils Compromiſſi, nunc petitæ reſtitutionis in integrum: Iſt die durch Dr. Ruland unterm 17ten dieſes extrajudicialiter übergebene Supplicam cum adjunctis, ſub Lit. Aa. Bb. ad acta zu regiſtriren verordnet, darauf ſein des Mandati de exequendo halber beſchehen Begehren noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern werden Dr. Ludolf nnd Lt. Boſtell Principalen zuförderſt der rechtskräfftigen Erkänt-

& promiſſam fidem, liberum relinquere, Sententias, plerumque ſub ſpecie læſionis & iniquitatis cerebrinæ infringere poſſe, cum tamen a viris eximia, inſignique erudi-

nuß vom 18ten Febr. 1750. und darauf erfolgten Confirmatoria, unterm 24ten Nov. 1751. ſoviel die Injungirte Edirung des Inventarii, Specification derer Capitalien, und Vorlegung derer zur Erbſchafft quæſt. gehörigen Bücher, Brieſſchafften und Nachrichten, vor denen beliebten Compromiſſarien betrifft in allen Stücken gehorſamlich geleben, und ſolchergeſtalt, ſtatum & qualitatem derſelben völlig berichtigen, als worzu 2. Monath pro termino & prorogatione zu allem Uberfluß bey doppelter Compromiſs-Straf hiemit angeſetzet wird, ſoll hiernächſt ſowol des Mandati de Exequendo **als der nachgeſuchten** *Reſtitution*, und aller übrigen Puncten wegen, ferner erkannt werden, was recht iſt. Qua publicata, res per transactionem inter partes amicabiliter compoſita, eapropter autem in dubio relictum fuit, an reſtitutio intentata locum inveniſſet? Ex verbis Sententiæ finalibus, ſoll hiernächſt ſowol des Mandati de Exequendo, **als der nachgeſuchten** *Reſtitution*, und übrigen Puncten wegen ferner erkannt werden was recht iſt, forſitan quis conjecturet, concedendum fore reſtitutionem in integrum: Nam ſi illuſtriſſimum Judicium argumenta adducta pro irrelevantibus & remedium intentatum pro incongruo reputaſſet; initio ſtatim illud prorſus denegaſſet: Attamen ex his, quum cognitio ſuper hoc puncto tantum ſuſpenſa fuerit, nil certi conjicere licet, & poſito ſi locum invenisſet non ſtatim concluſio exinde haurienda fuiſſet, contra quamcunque Sententiam compromiſſariam Auguſtiſſimi hujus Judicii, reſtitutionem in integrum largiri, cum ratione implorantis, certo modo cauſa tanquam inter alios

eruditione prӕditis, accuratiſſime examinatis omnibus cauſӕ circumſtantiis, optimam & certiſſimam conſecutos eſſe juſtitiam, potius dicendum ſit.

## §. XXVI.

Nimis diu & prӕter intentionem immoratus ſum quӕſtioni prӕcedenti, cum quasdam alias adhuc perſtringere cupio, e quorum numero hӕc eſt, an detur reſtitutio reſtitutionis, ſive an denegata ſemel reſtitutione in integrum ſecunda vice peti liceat. Affirmativӕ ſubſcribere nullum mihi obſtat. dubium, prӕſertim cum non ſolum DDres conſentientes habeo *b.*) ſed quoque praxin hujus Summi Archidicaſterii adſtipulantem, *c.*) Ratio autem movens, in hoc conſiſtit, quod poſt denegatam ſemel reſtitutionem, novӕ ac relevantes denuo exiſtere poſſunt cauſӕ, ad hanc altera vice impetrandam *d.*) Cum vero quia partes tam in appellationis, quam reſtitutionis inſtantia, nil argumentorum, novorumque, & quod prӕterea cauſӕ ſuӕ conducere videtur prӕtermittere, immo quicquid habent, ad facilitandum intentionem ſuam, proferre conſueverunt, ut illis



agitata, conſideranda veniebat & hӕc ſpeciatim in interventione ſe fundabat.]

*b.*) *L. 2. & 3. C. ſi ſæp. reſt. pet.*
GALES. *tr. de reſt. in integr. Cap. X. num. 1. & 5.*
*Id. Cat. Dec num. 23. p. 208.*
HASE. *d. Diſſert. Cap. 6.* §. *57.*

*c.*) Dn de LUDOLF *Com. Syſt. p. 321. num. 60.*

*d.*) MEV. *P. IV. Dec. 358.*

illis denique in ſecunda reſtitutionis inſtantia perſæpe loco novorum, nil niſi allegationes DDrum *e.*) juncta tædioſa admodum recapitulatione ejus, quod in jure & facto ex retro actis jam jam deciſum, ſuperſint, hic caſus perraro contingere ſoleat, rariſſime etiam videbis eventum intentioni partium reſpondere, ſed potius rejici iteratas petitiones pro reſtitutione in integrum. Nec mirum, ſi cauſæ qualificatio & nova emergentia atque defenſiones hoc caſu plerumque deficiunt, religione juramentorum, quæ partes tam in appellationis, quam reſtitutionis inſtantia juxta legem præſtate tenentur, plane ſepoſita

## §. XXVII.

Quanquam vero iteratam petitionem pro reſtitutione in integrum in Camera Imperiali, ob ſaluberrimam in legibus Imperii obſtantem reſtrictionem, & modum quo illa circumſcribitur, non adeo frequentari videas. Attamen partes aliquando & plerumque ad effectum rei judicatæ impediendum, ad hanc confugiunt, quo fructu ex §. præced. colligendum eſt. Recens exemplum in cauſa notiſſima & valde gravi **von Gymnich** contra **von Rohe** & Conſort. de eventu teſtatur *f.*) & mirandum eſt, in hac cauſa etiam tertia

e.) *Ob has etenim non datur reſtitutio, ſi quæſtio juris deciſa fuerit* Dn. de LUDOLF *Obs. for. P. III. ob 230.*

f.) Sententia fuit publicata d. 2da April. 1751. In entſchiedener Sache Carl Otto von Gymnich, wider Wolffgang Chri-

tia vice petitam reſtitutionem in integrum absque pœna denegatam fuiſſe *g.*) quod autem ad exemplum trahendum nulli auctor ſuaſorque eſſe cupio, præſertim ſi nova prolata, non aliqualem ſpeciem juſtitiæ, uti in hoc caſu erat, præ ſe ferant, & animus calumnioſe & ad protelandam litem petendi reſtitutionem, abſit.

 §. XXVIII.

ſtoph von Rohe und Conſorten Appellat n. reſtitut. Iſt Lt. Weylach ſein des Mandati de Exequendo halber beſchehen Begehren noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern Lt. Weißkirch fernern Einwendens auch des auf gethane weitere Handlung puncto dementia unterm 30. Octobr. a. p. virtualiter bereits verworfenen Zeugen-Verhör ohngehindert, glaubliche Anzeige zu thun daß der unterm 15. und 30. Octobr. vorigen Jahrs eröffneten Urtheil gehorſamlich gelebet ſeye, Zeit 1. Monath p. t. & p. von Amts wegen angeſetzt, mit dem Anhang, wo er deme alſo nicht nachkommen wird, daß alsdann das gebettene Mandatum de Exequendo, ohne ferneres Anrufen aus der Cantzley verabfolget werden ſolle.

*g.*) Sententia ſub 23. Jun. 1751. publicata de hoc teſtatur. Iſt entſchiedener Sache Carl Otto von Gymnich zu Gymnich wider Wolffgang Chriſtoph von Rohe zu Drove und Conſorten Appellationis nunc executorialium & tertia vice petitæ reſtitutionis in integrum. Iſt mit Verwerffung des neuen prorogations- und reſtitutions Geſuchs, das gebettene Mandatum de exequendo, an Herrn Carl Theodor Churfürſten zu Pfaltz, als Herzogen zu Gülich und Berg erkandt, jedoch bleibet denen Imploranten, was ſie für Recht puncto regreſſus zu haben vermeinen, in petitorio ad cauſam citationis inter eaſdem vorzubringen ohnbenommen, ſondern vorbehalten.

## §. XXVIII.

Recenſitis aliquibus caſibus in quibus vel concedenda vel deneganda venit reſtitutio in integrum; Satis hæc eſſe poſſunt de judiciali, & quod hæc, quoad requiſita I. nulli niſi ex novis rationibus iisque relevantibus II. intra quadriennium regulariter & III. oblatione prævia ad juramentum calummiæ ſpeciale ab Advocato, Principali & Procuratore præſtandum concedatur: Reſtat equidem de modo tractandi & referendi in reſtitutionis, qui per omnia idem eſt ac in appellationis Inſtantia, aliquid proferre; Cum vero tam antiquæ quam noviores relationum ac Votorum Cameralium Collectiones, ſatis abunde de hoc teſtantur, ſpeciatim autem alii ante me hanc partem abſolverint *h.*) non eſt cur manibus denuo teram.

## §. XXIX.

Manere eundem Referentem in cauſa reſtitutionis & eandem coram priſtino Senatu referri, relicta partibus facultate libera ob gravitatem negotii petendi Correferentem *i.*) vel poſt concluſionem cauſæ & inſtantem relationem augmentationem Senatus de qua tamen ſequenti Cap. II. plenius, dicere prolixius, temporis anguſtia prohibet. Pauca tantum de eventu reſtitutionis, contra SententiasCamerales interpoſitæ adhuc proferam.

Ea

---

*h*) HASE. *d. Diſſert. Cap. V. & VI. pag. 47. ſeq.*

*i.*) *Juxta Ord. Cam. P. I. Tit. 10. §. 4.*

Ea enim vel in totum conceditur, vel ex parte tantum, aliquando prævio juramento præſtito, aliquando non, ſæpius tamen denegatur. Conceditur, ſi formalia præſcripta ſe rite habeant, & ex novis probationibus & documentis appareat, Judicem aliter in priori inſtantia pronunciaſſe, ſi his inſtructus fuiſſet. Conceditur, ex parte tantum, prævio ad avertendam calumniam præſtito juramento ſpeciali a Procuratore, ſi inter plura nova argumenta allata, unum vel alterum juſtitiæ habeat ſpeciem, in decurſu cauſæ magis vel per probationem ulteriorem, aliove modo elucentem: uti factum memini in cauſa von Gymnich contra von Rohe & Conſorten *k.*) Conceditur denique ex parte absque juramento, ſi cauſa

---

*k.*) Per Sententiam Cameralem die 15ten Jun. 1750. publicatam. In entſchiedener Sache, Carl Otto von Gymnich zu Gymnich, wider Wolffgang Chriſtoph von Rohe und Conſorſen appellat. nunc executorialium & reſtitutionis in integrum: Iſt die durch Lt. Dietz unterm 26ten Maji 6. 13. und 15ten Jun. dieſes Jahrs extrajudicialiter übergebene Exhibita ad acta zu regiſtriren verordnet, darauf das wegen nicht obſervirter Legalität in räumung der Güther binnen Jahr und Tag begehrte Zeugenverhör wie auch die wegen der nicht geſchehen ſeyn ſollenden Diſpenſation und desfalls vorgebrachter Cauſalium gebettene reſtitutio in integrum auch ſammt dem dieſſerthalben weiter geſchehenen Dilations-Geſuch, abgeſchlagen, was aber die vorgegebene Blödſinnigkeit und Verrückung des Donatoris betrifft, nach vorher abgelegtem Reſtitutions-Eyd, Commiſſio auf die Churfürſtliche Gülich und Bergiſche Regierung zu Düſſeldorff, um die in Vorſchlag gebrachte oder noch bringende Zeugen legaliter abzuhören, und

cauſa reſtitutionis ex actis per ſe tam clara, ut nulla ſuſpicio calumniæ reprehendatur, conſequenter quoque præſtatio juramenti ſuperflua ſit, de quo Sententia in cauſa der Gebrüdere Marſchall von Bieberſtein contra von Ende ſub 7. Nov. 1732. publicata videri poteſt. *l.*)

## §. XXX.

Effectus petitæ & introductæ reſtitutionis in hoc conſiſtit, quod Sententia, contra quam implorata, maneat tamdiu in ſuſpenſo, neque executioni mandetur, donec ulterior cauſæ deciſio in reſtitutorio ſubſecuta fuerit, quæ ex hac ratione, ne pars victrix effectu rei judicatæ diu fruſtretur, & ſuccumbens in hoc remedio refugium protrahendi cauſam inveniat, præſertim quum apparet reſtitutionem calumnioſe neque ex cauſis juſtis petitam fuiſſe, mox inſequitur, laudabili admodum conſilio, cum finis litium ſic promoveatur, & Sententiæ tandem ſuo gaudeant effectu. Diſtingunt tamen DDres *m.*) limitationem ex jure Canonico, *n.*) depromentes,

den abgehaltenen Rotulum teſtium demnechſt in Zeit 3. Monath an dieſes Kayſerliche Cammergericht verſchloſſen einzuſchicken, erkannt.

*l.*) Dn. de LUDOLF *Obſ. For. T. III. Faſc. I. Sent. num. 101. p. 159.*

*m.*) WISENB. *ad ff. Thes. 9. de reſt. in integr.* SANDE. *Dec. Friſ. Lib. I. Tit. 8.* HASE. *d. Diſſert.* §. 34.

*n.*) *C. ſuſcitata 6. X. de in integr. reſt.*

mentes, ratione effectus ſuſpenſivi, in cauſis reſtitutionis in integrum, ſi cauſa petendi aperte frivola, & præſumtio malitiæ contra impetrantem adſit, quo caſu ſuſpenſionem executionis non admittere ſed cautionem de reſtituendo præſtare volunt. Verum hanc diſtinctionem praxi Camerali non procedere, ſed effectum ſuſpenſivum remedium reſtitutionis in integrum habere, extra dubium eſt, *o.*) Neque petitæ reſtitutioni contra contractum effectus ſuſpenſivus denegari poteſt, *p.*) quamvis contrarium ex Tit. C. in integr. reſt. poſtul. ne quid novi fiat, quaſi iſte loquatur tantum de reſtitutione contra Sententiam non contra contractum, dicere conantur *q.*) attamen generalis illa prohibitio nullam patitur reſtrictionem, ergo executio etiam ſuſpendenda erit, quamvis reſtitutio contra contractum petatur *r.*) Cæterum in Auguſtiſſima Camera, ſi ex actis conſtat, reſtitutionem tantum ad executionis curſum ſuſpendendum, frivole & calumnioſé nec non ex cauſis jam productis & deciſis petitam fuiſſe, absque longo ſufflamine, rejecta imploratione, pars impetrans ad paren-



dum

---

*o.*) *O. C. P. III. Tit. 52.* Nachdeme ſich auch befunden ꝛc.
*C. O. C. P. III. Tit. 62.*
MYNS. *Cent. 6. Obſ. 80.*
BLUM. *Pr. Cam. Tit. 57. num. 9.*

*p.*) MEV. *P. II. Dec. 66. contrarium tenet.*

*q.*) MEV. *P. II. Dec. 298. num. 2.*
CARPZ. *P. I. Conſt. 26. def. 22. num. 2.*

*r.*) GALES. *tr. de reſt. in integr. C. 10. num. 7.*
BRUNN. *ad Tit. C. in integr. reſt. poſtul. num. 6.*

dum adſtringitur, & Mandatum de exequendo decernitur *s*.) pœna quantocies ſecund. §. VIII. & IX. in advocatum cauſæ & Procuratores, pro rei circumſtantia ſimul ſtatuta, quod nuperrime uti Sententia ſub Num. IV. in fine appoſita docet, in Cauſa **von Türckheim wider gemeinſchafftliche Sponheimiſche Regierung zu Trarbach, und den Amtmann Faber zu Birckenfeld** Mandati &c. factum fuit, & ſic nullum vel plane exiguum ſolatium ad remorandam executionem partes calumnioſe, neque ex juſtis & relevantibus cauſis reſtitutionem implorantes, hic inveniunt *t*.)

## §. XXXI.

Denegata reſtitutione, reviſionem tanquam remedium juris ultimum, locum habere, *u*.) & relicto curſu reviſorii ad remedium reſtitutionis ex novis emergentibus devenire poſſe, non ſolum in facto contigiſſe memini, poſt præſtitum juramentum reviſionis a notario, in cauſa **von Gymnich** contra **von Rohe**, ſed quoque quæ naturæ rei convenit *v*.) attamen ut intra currens adhuc quadriennium a die notitiæ computandum inſtituatur.

§.XXXII.

---

*s*) BLUM. *Chil. Sent. num.* 461.

*t*.) de LUDOLF *Comment. Syſt. de jur. Cam. p.* 323. *num.* 63.

(*u*. R. J. de anno 1600. §. 144. Als auch Streit vorgefallen ꝛc. *O. C P. III. Tit.* 63 §. 5. *ibi.* Wann in cauſa reſtitutionis, reviſio geſucht worden.
Dn. de LUDOLF *Comm. Syſt. de jur. Cam. p.* 337. *num.* 20. *ibique allegata præjudicia*

*v*.) Dn. de LUDOLF, *Com. Syſt. p.* 339. *num.* 23.

## §. XXXII.

Tandem ſingulare quid eſt in reſtitutionis cauſa, quod illa denegari conſuevit, ſi juſtitia quidem, quæ ad contrariam Sententiam promovere poſſit, ſed nulla nova adſint, & quod hoc caſu ad remedium reviſionis confugiendum eſſe aſſerunt. Quid exiſtente tali caſu faciendum ad aliorum judicium Lectorem Benevolum remitto, *w.*) & ad cauſas in quibus reſtitutio in Camera Imperiali extrajudicialiter vel brevi manu, vel mediante Citatione impetrari ſolet ut propius ad propoſitum accedam, paucis me converto.

## §. XXXIII.

Extrajudicialiter autem in Camera Imperiali partes ſe reſtitui petunt, in cauſis, quæ in judicio publico, **in der gerichtlichen** Audienz, nondum ſunt reproductæ, ſive contra proprium factum ex juſtis impedimentis omiſſum, ſive contra Decretum vel Sententiam Cameralem extrajudicialiter latam. Prior caſus exiſtere poteſt, quando partes fatale introducendæ vel inſinuandæ, vel ſolennia appellationis citra culpam neglexerunt. Alter vero quando præſertim in cauſis perſonarum Cameralium, quæ per totum proceſſum extrajudicialiter, i. e. absque ſolennitatibus & forma in judicio conſueta, tractari conſueverunt, decretum vel Sententia fertur, qua alteruter partium ſe gravatum putat. De hac inter Came-

 rales

*w.*) Dn. de LUDOLF, *de Com. Syſtem. p. 341. num. 24.*

rales perſonas petendi reſtitutionis in integrum forma & modo, qui non niſi ex novis & juſtis datur cauſis & cum judiciali coincidit, mihi non eſt ſermo, ſed tantum de illa, quæ fit brevi manu, vel mediante Citatione.

## §. XXXIV.

Datur autem brevi manu, id eſt altera parte non audita ob lapſum fatalium vel introducendorum vel inſinuandorum proceſſuum & petenda eſt coram Judice ſuperiori *x.)* ex juſtis impedimentis *y.)* quæ ſi probantur expedita erit reſtitutio *z.)* uti in Cauſa **Müllers Wittib** contra **Uhleins Wittib** non ita pridem his formalibus factum : **Iſt die gebettene** Reſtitutio in integrum brevi manu contra lapſum fatalium introducendæ appellationis **erkannt, und die gebettene** Prorogatio fatalium, **jedoch nur auf** 2. **Monath verſtattet.** In Conſilio 2. Sept. 1751. Si vero pars appellans cauſas allegatas in continenti non probat, & ſuper petita reſtitutione pars altera ob jus ſibi quæſitum, audiri debet, non brevi manu, ſed mediante citatione ad videndum ſe reſtitui, ipſi conſulitur, qua decreta & reproducta in judicio ſolus reſtitutionis punctus, ſuſpenſa cauſa principali, deinde deciditur *a.)* Quamquam porro appellanti ex facto tertii vel Procuratoris

x.) *L. præſes C. de appellat.*

y.) *L f. C. de temp. appellat.*

z.) BLUM *P. C. Tit. 49. num. 27.*
TEXTOR *de reſtit. in integr. Theſ. 5. & 6.*
Gem. Beſcheid de 1657, §. 2.

a.) GAIL. *Lib. II. Obſ. 143. num. 5.*

ratoris læſi, ſi ſit ſolvendo, ex hac ratione non concedendam eſſe reſtitutionem contra lapſum fatalium communiter putent, *b.*) quia ſibi ipſi imputet, quod negligentem elegerit; Attamen cum duriſſimum eſſet, clientem ob negligentiam Procuratoris, damno litis punire, locum utique invenit reſtitutio, indicta aliquando negligenti procuratori ſolummodo mulcta *c.*)

## §. XXXV.

Denique in omnibus cauſis ubi culpa appellantis abeſt, reſtitutio b. m. concedi poteſt. Quicquid enim impedit, ut appellans non poſſit proſequi appellationem, ſeu facere neceſſaria, juſtam præbet cauſam rogandi & impetrandi prorogationem fatalium. Ex eo enim per illum non ſtat, ut non proſequatur, & valenti non agere non currunt fatalia *d.*) Ita ſi copia Actorum primæ inſtantiæ ad juſtificanda gravamina haberi non poteſt, reſtitutio brevi manu, contra lapſum fatalium decernitur, de quo Decretum Camerale nuperrimum de 14. Octobr. 1752. in Cauſa Syſtermann pauper. contra Syſtermann petitæ appellationis teſtatur ſequentibus: noch zur Zeit nochmahlen abgeſchlagen, ſondern würde Supplicantens

 Prin-

*b.*) *L. ſed & ſi §. fin. ff. de inſtitut. act.*
*c.*) Dn. de LUDOLF *Obſ. forenſ. P. III. Obſ. 254. ibique præjud.* MEV. *P. III. Dec. 29.*
*d.*) *L. 1. §. nc autem C. de annal. præſcript.*

Principal daß er bey Fürſtlicher Regierung zu Hildesheim die Inſpection derer Original-Acten zu Fertigung ſeines Libelli Gravaminum zuforderſt geſonnen habe, ſolche aber ihme verweigert worden, glaubhafft darthun, ſolle auf ferneres Anrufen ergehen, was rechtens. Dann ſeynd prævia reſtitutione in integrum brevi manu, die gebettene Fatalia a dato auf 2. Monath erſtrecket. Sine actis enim non licet libellum conficere, qui pro introductione appellationis juxta ordinationem exhiberi debet.

## §. XXXVI.

Reſtat allegare tempus intra quod, reſtitutiones, contra lapſum termini petendæ ſint: Hoc autem circumſcribitur tali ſpatio, quale impetrans re ad huc integra habuit. *e.)* Et hæc ſufficiant, quæ de reſtitutionis materia in genere, origine & per leges imperii facta reſtrictione, juncto uſu moderno, pro virium exiguitate & anguſtia temporis dici potui.

*e.) Dub. Cam. de 1595. Dub. 69. & 832. in Corp. Jur. Cam. de 1724.*
*C. O. C. P. III. Tit. 62. §. ult.*
STRYK *in uſ. mod. ff. Lib. IV. Tit. 6. §. 5.*

CAP. II.

# CAPUT II.

## DE AUGMENTATIONE AUGUSTISSIMI CAMERÆ IMPERIALIS JUDICII SENATUS, IN CAUSIS RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

### §. XXXVII.

PRÆMISSIS itaque his, quæ ad illuſtrandam materiam præſentem connexionis gratia prius præſtruere neceſſarium duxi. Nunc ad Thema Diſſertationis alterum me convertere inſtituti ratio poſtulat, & cauſas percurrere, in quibus, partibus in hoc Auguſtiſſimo Judicio cauſam agentibus, augmentationem Auguſtiſſimi Cameræ Imperialis Judicii Senatus petendi, per leges imperii conceſſum fuit; Antequam vero ad tractationem ſpecialem devenio, ordo rerum exigit, ut in occaſionem diſpoſitionis prius pauciſſimis inquiram.

### §. XXXVIII.

Hæc autem in eo potiſſimum mihi conſiſtere videtur, quod unusquisque, quem in hoc ſupremo Judicio tanquam aſylo oppreſſorum, jus ſuum perſequendi, neceſſitas adegit, optimam haud ſucatamque conſequatur juſtitiam: Cui adſtipulantur verba, multoties in ordinatione repetita, damit Gleichheit gebraucht, und

und einem jeden gleich gebührlich Recht ertheilet werde; *f.*) Et quanquam vero, nil, niſi hoc ab Illuſtriſſimo Judicio præſumi liceat, præſertim cum non uni ſed pluribus DDnis Aſſeſſoribus tanta dignitate & maxima eruditione conſpicuis, tam in judicialibus quam extra judicialibus quoad decernendos proceſſus cauſæ pariter ad decidendum, quam ad præparandum ad Judicium committuntur: Attamen cum interdum labi, & falli ab humana mente non ſit alienum, & prævia deliberatione plurium, rei vel cauſæ controverſæ convenientius quid, plerumque ſtatuatur. Breviter videre licet rationem, forſitan ex ſtylo Camerali prius prout paſſim colligitur, provenientis, deinde conceſſæ augmentionis Senatus.

## §. XXXIX.

Duo autem caſus in legibus imperii reprehenduntur, in quibus augmentatio dicta locum habet, nempe in hoc, ſi poſt extrajudicialiter petitos, ſed primo initio denegatos proceſſus, pars ſupplicans, mediante ulteriori deductione, qua narrata ſupplicæ, ad petitum qualificata, & intentionem ſuam forſitan etiam ex novis argumentis, fundatam eſſe allaborare ſtudet, noviter illos decernendos petit, inſimulque rogat, ut Senatus extrajudicialis prior, qui petitos proceſſus denegavit, & plerumque ex duobus tribus vel quatuor Dominis Aſſeſſoribus

*f.*) *C. O. C. P. I. Tit. 14. §. 8. & 9. P. I. Tit. 28. §. 1.* Gem. Beſcheid de anno 1570. §. 78.

ſoribus conſiſtit, totidem vel majori numero augmentetur, *g.*) coram quibus narrata ſupplicæ adcuratiori adhibito examine denuo recapitulentur, & proceſſus pro petito decernantur, quod quoque præſertim, ſi fatalia in cauſis appellationum rite obſervata ſunt, & Jurisdictio Cameræ fundata, neque petitum conſtitutionibus imperii contrarium eſt, gravaminaque aliqualem habent ſpeciem, plerumque effectu non caret. Examinantur quidem Gravamina, ſed tam exactam perſcrutationem non requirunt leges *h.*) inde ſi unum alterumve ad huc dubium apparet, potius decernuntur quam denegantur proceſſus. *i.*) In judicio enim ubi non deducta deducere licet, *k.*) dubia clariora reddere poſſunt, quod plerumque in libello Gravaminum, ſupplicæ pro proceſſibus adjuncto, tam exacte fieri, nec opus nec poſſibile eſt, ſed potius in decurſu cauſæ.

## §. XL.

Alter caſus augmentationis Illuſtriſſimi Cameralis Judicii Senatus, de quo ſpecialiter mihi ſermo, ſe exſerit, in cauſis Reſtitutionis in integrum, contra Sen-

 tentias

*g.*) *C. O. C. P. I. Tit. 14. §. 9.* da auf abſchlägige *Decreta &c.*

*h.*) Dn. de LUDOLF *C. Syſt. p. 213. num. 27.*
Viſit. Mem. Herrn Cammerrichtern und Beyſitzern, de 1557. §. 27.
*C. O. C. P. I. Tit. 22. §. 10.* Wir ordnen und befehlen auch ꝛc.

*i.*) GAIL. *Lib. I. Obſ. 31. num. 11.*

*k.*) *L. 4. C. de temp. appellat.*

tentias Camerales. Requirit itaque ut locum habeat, Sententiam præcedentem, contra quam pars ſuccumbens, quia ſe gravatam putat ex novis argumentis remedium reſtitutionis in integrum inſtituit; In aliis enim cauſis judicialibus, nempe appellationis Citationis & Mandati nondum deciſis, non obtinet, & ratio ceſſat, nam unicuique partium poſt decretos, inſinuatos & reproductos proceſſus, res integra manet, nec ante deciſionem cauſæ ullum præjudicium exiſtit. Cauſa ordinario modo tractatur & alius judicialis Referens, quam qui proceſſus extrajudicialiter decrevit, conſtituitur, *l.)* libera partibus relicta facultate, poſt concluſionem cauſæ, petendi Correferentem *m.)* qui in cauſis ardius juxta ordinationem requiri ſolet: *n.)* Cum igitur eventus prius de aliquo gravamine per Sententiam ſubſecutam illato teſtatur. Conſequenter etiam antequam in his inſtantiis quis cauſa ſuccubuerit, & ad remedium reſtitutionis ex cauſis ad hoc qualificatis, nondum devenerit, augmentationi non erit locus.

## §. XLI.

Ex his ergo patet ſolummodo in judicialibus in hoc unico caſu petitæ reſtitutionis in integrum, adverſus

*l.)* *R. J. N. §. 139.*

*m.)* *C. O. C. P. I. Tit. 12. §. 6.*
*R. J. N. de 1654. §. 145.*
Viſitations - Abſchied de 1713. §. 67.

*n.)* *O. C. P. I. Tit. 10. §. 4. Tit. 13. §. 9. & 12.*

ſus Sententiam Cameralem, augmentationem Senatus licere implorari. *o.*) Ratio ulterior præter illam principalem, quam §. XXXVIII. adduxi, ex diſpoſitione ipſa, *p.*) colligi poteſt, & exinde magis eruitur; In reſtitutionis inſtantia enim, unus & idem, qui in priori relationem confecit, ordinarie manet Referens, *q.*) cum Correferente ſi fuerit conſtitutus, & is idemque Senatus per §. XXIX. qui totus ordinarie ex ſex, aliquando ex pluribus DDnis. Aſſeſſoribus pro cauſæ quali-



---

*o.*) *Adjunctio, quæ in C. O. C. P. I. Tit. 14. §. 1. & Tit. 25. §. 2.* pro gravitate cauſæ, diſpoſita legitur, aliam agnoſcit formam, prout ex verbis ipſis apparet: Da aber etwann ſchwere wichtige Definitiv - oder Interlocutori - Sachen, dermaſſen vorfallen ſollten, daß die hohe Nothdurfft, einen oder zween Beyſitzer weiters zu derſelben Expedition zu haben erforderte, ſoll der Referent daſſelbige zeitlich dem Cammerrichter oder Præſidenten vermelden, damit die Urſache der Gebühr von ihnen bedacht, und die fernere Zuordnung, aus welchem Rathe dieſelbe am füglichſten unverhindert beſchehen kann, fürgenommen werden möge.

*p.*) R. V. N de anno 1713. §. 68. Nicht weniger iſt vorgekommen, daß in denjenigen Fällen da die reſtitutio in integrum geſucht wird, die Referenten von ihren vorigen Meynungen nicht leicht abgehen, und die neu angeführte öffters wichtige Urſachen zu Zeiten auſſer acht laſſen: Weilen nun hierdurch den Partheyen ein unwiederbringlicher Schade zugezogen werden könte; So hat der Herr Cammerrichter ihnen ſolchenfalls die Zuordnung einiger Beyſitzer aus andern Senaten nicht zu weigern.

*q.*) Dn. de LUDOLF *Comm. Syſt. p. 316. num. 47.*

qualitate & circumſtantia conſiſtit, r.) cum itaque aliquando evenire poſſit, ut Referens & Correferens in reſtitutionis inſtantia, ſimul cum Senatu priſtino, eandem cum priori, foveant Sententiam, & nova adducta, quæ quantocies adeſſe poſſunt, pro talibus non reputent, ut retractatio Sententiæ fieri poſſit; Videndum eſt quare per DDnos Viſitatores, nempe ut unicuique æqualiter juſtitia eo melius adminiſtraretur, & ne veſtigium quidem deſuper conquerendi, partibus relinqueretur, augmentatio etiam in hoc caſu conceſſa & diſpoſita fuerit.

## §. XLII.

Ex §§. præcedentibus & rationem & cauſas in quibus augmentatio ſupremi Cameralis Judicii Senatus concedenda venit, videri poſſunt. Nunc diſquirendum reſtat, quando & quomodo petenda erit. Prius plerumque fieri ſolet, cauſa ex utraque parte ſubmiſſa, & quando nil niſi Sententia ſupereſt. Cum autem in cauſis reſtitutionum ad effectum rei judicatæ non diu differendum, præſertim ſi partes maxime eam ob cauſam ad hoc remedium confugerunt, deciſio nox inſequi ſolet, s.) conſultius erit, ſtatim poſt productam implorationem præſertim ſi pars adverſa huic, ad eo magis promovendam cauſæ deciſionem, per generalia contradixit,

r.) *O. C. P. I. Tit. 13. §. 12.*
*C. O. C. P. I. Tit. 25. § 1.*

s.) Dn. de LUDOLF. *Com. Syſt. p. 520. num. 58.*

dixit, & ſpecialiter agere noluit, dictam peti augmentationem. Hoc autem fit, vel mediante ſupplica a procuratore partis reſtitutionem petentis extrajudicialiter exhibita, vel ſeparatim Sereniſſimo Domino Judici Camerali quod duplici modo in cauſis diverſis factum fuiſſe, obſervavi: Quo prævio & ſi cauſa talis, qualem legis diſpoſitio requirit, ſuo tempore petito defertur.

## §. XLIII.

Augmentatur Senatus autem eo tempore, quo Referens, cum relatione, ſe paratum dicit, *t.)* & cauſa a Sereniſſimo Judice Cameræ ad referendum admittitur, *u.)* tunc ex aliis Senatibus Domini Aſſeſſores Senatui priſtino adduntur, quali vero numero, iſte eſt incertus. Verba R. V. N. hæc ſunt, **ſo hat der Herr Cammerrichter ihnen ſolchenfalls die Zuordnung einiger Beyſitzer aus andern** Senaten **nicht zu weigern**, plerumque autem, cum Senatus definitivarum ex ſex DDnis Aſſeſſoribus conſiſtit, quatuor ipſi adduntur, & coram his decem, cauſa per majora deciditur, & Sententia formata ex poſt in audientia publicatur.

## §. XLIV.

De effectu augmentationis Senatus, ſi quæras, is



*t.)* Si Correferens ſimul in cauſa conſtitutus eſt, ipſi demum acta ad correlationem expediendam traduntur, quando Referens, relationem confecit. C. O. C. P. I. *Tit.* 23. §. *13.* R. J. N. §. 145. & 146.

*u.) C. O. C. P. I. Tit. 23. §. 15.*

tam rare ſe exſerit , quam rare videbis Sententiam Cameralem contra quam reſtitutio in integrum implorata fuit, retractari, Cauſæ enim novæ ejusdem ponderis ſæpe non ſunt, ut mutationem Sententiæ efficiant, nam antequam hæc formatur, exactiſſima cauſæ cognitio, præcedit, & minutiſſimæ ponderantur circumſtantiæ. Si igitur poſt publicatam Sententiam, nulla ad reſtituendum profertur cauſa juſta & nova, quæ ad retractandum ſufficiens eſt, in augmentatione Senatus nullum quoque invenies auxilium. Attamen legis diſpoſitionem fructu plane carere , non eſt dicendum. Exiſtere etenim poſſunt caſus, in quibus ex juſtis & relevantibus cauſis reſtitutio petitur , & tunc augmentatio, aliquando quoque ratione pluralitatis votorum præſtabit : Maxime vero per conceſſionem ejusdem, omnis ſuſpicio amoveri & quærimoniis partium, obvenire voluit, quo tutiores eſſent, per deliberationem plurium, ſe in hoc Auguſtiſſimo Judicio in bona cauſa, bonam immo optimam quoque deportaturos eſſe juſtitiam.

## §. XLV.

Tandem dicta augmentatio Senatus ceſſat, ſi durante reſtitutionis judicio, unus vel alter , ſive plures DDnor. Aſſeſſorum Senatus priſtini moriuntur, in eorumque locum alii dantur. Tali caſu enim , ſi concluſa cauſa ad relationem devenitur, non opus erit ulteriori augmentatione, etſi petita, ob rationem legis ceſ- ſantem,

ſantem, quæ jam in redintegratione Senatus poſt obitum DDnor. Aſſeſſorum, aſſecuta eſt.

§. XLVI.

Sunto hæc itaque quæ de hac augmentationis Illuſtriſſimi Cameralis Judicii Senatus materia, in cauſis reſtitutionis in integrum, temporis ratio ſimul proferri; permiſit.

---

# *Adjuncta IV.*

## Num. I.

## Gemeiner Beſcheid vom 7. Jul. 1669.

### Forma petendarum reſtitutionum in integrum adverſus Sententias Camerales.

NAchdeme man eine zeithero wahrgenommen, daß faſt in allen an dieſem Kayſerlichen Cammergericht abgeurtheilten Sachen, das Beneficium reſtitutionis in integrum mißbraucht, und die in denen beſchriebenen gemeinen Rechten, auch Reichs Satz- und Ordnungen, darzu erforderte Requiſita wenig beobachtet worden: Indeme bey denen deshalben einbringenden Implorations-Schrifften nichts neues, ſondern eben dasjenige, was in vorigen Inſtantien

ſtanzien in jure & facto ausführlich vorkommen, und darüber nach reifer Erwegung und Deliberation, bereits geſprochen iſt, von neuem wiederum hervorgezogen, verdrießlich recapitulirt, und alſo vielmehr was zu einer reviſions als reſtitutions-Inſtanz gehörig, auf die Bahn gebracht, ja wohl gar anzüglich und taxirliche Imputationes, durch der Schrifftſteller Unbeſcheidenheit, jeweilen mit eingeruckt werden: Welches dann nicht allein zu höchſtrafbaren Deſpect dieſes des heiligen Römiſchen Reichs höchſten Gerichts, und vergeblicher Bemühung der Senatuum, bevorab der Re- und Correferenten, ſondern auch zu unverantwortlicher Wiederholung bereits decidirter Streitigkeiten, und ſchädlicher Verzögerung anderer Sachen gereichen thut: Als iſt hiemit der ernſtliche Befehl an alle Advocaten und Procuratorn, daß ſie ſich inskünfftige ſolcher unordentlicher Mißbräuch gäntzlich enthalten, und in denen Fällen, wo gegen ausgeſprochene Urtheil, ſie das remedium reſtitutionis in integrum Platz zu haben, und die Sachen von rechtswegen dazu genugſam qualificirt zu ſeyn erachtet werden, nicht dasjenige, ſo ſchon vorhero in facto & jure vorkommen, wiederhohlen, weniger einige ihrerſeits conjecturiret und eingebildete Rationes decidendi, und deren refutationes mit einmiſchen ſondern einzig und allein die in facto emergirende neue, dienlich und erhebliche Umſtände, oder zur Hand gebrachte Urkunden, briefliche Schein und Documenta, in denen Handlungen, ſo ſie deshalben überreichen,

kurtz und nervoſe einführen, und zugleich mit ſpecial-Gewalten von ihren Principalen, zu Abſtattung des Eyds, daß weder ſie oder jetzt gedachte ihre Principalen, und deren Advocaten von ſolchem neuen Einbringen, vorher einige Wiſſenſchafft gehabt, oder ſelbiges zu der Sachen dienlich zu ſeyn nicht vermeint, jederzeit gefaſt erſcheinen, in allwege aber, die ihnen in ſolchen Reſtitutions-und andern Sachen zugefertigte Schrifften, ehe ſie gerichtlich übergeben werden, fleiſſig überlegen, und wo etwas darin befindlich, ſo dieſes Kayſerlichen Cammergerichts Reſpect, oder der vermög der Ordnung erforderten Beſcheidenheit, zuwider wäre, ſolches vor ſich ſelbſt verbeſſern und zum Glimpff bringen, oder gehöriger Orten zurück ſenden, keineswegs aber auf einigerley Reſervation oder Proteſtation non approbationis Contentorum, noch was ſonſten dergleichen ſeyn mag, ſich verlaſſen, dieſem allem ohnausgeſetzt alſo nachkommen, und im widrigen einer ohnausbleiblichen Geld-Straf, oder auch geſtalten Sachen nach, der Suſpenſion, oder wohl gar remotion ab officio, gewärtig ſeyn ſollen.

Franciſcus Hironymus Mertloch
Dr. Judicii Imperialis Cameræ Protonotarius Mpprià.

## Num. II.

## Gemeiner Beſcheid vom 7. Jul. 1671.

De præſtando juramento reſtitutionis in integrum ulterior legislatio cum formulis.

ENdlich iſt der gemeine Beſcheid, daß gleichwie dieſes Kayſerliche Cammergerichts Procuratores, das Juramentum calumniæ & appellationis in primo termino gerichtlich abzuſtatten ſchuldig, und verbunden ſeynd; Alſo dieſelbige auch hinführo, in denjenigen Sachen worin man gegen die, hieſelbſt ausgeſprochene Urtheilen, das Remedium reſtitutionis in integrum an Hand zu nehmen gemeinet iſt, ſo bald ſie deswegen gerichtlich anrufen werden, das hierüber nunmehr abſonderlich verfaſte Juramentum, nach Inhalt beykommender Formulen, ſowol Special-Gewalts als auch beſagten Juramenti, in ihrer Principalen und deren Advocaten (ſo dem Gewalt jedesmals mit ein zu verbleiben,) wie auch in der Procuratoren ſelbſt eigene Seel, in eadem audientia, und unerwartet fernern Beſcheids abſchwören ſollen.

Johannes Adamus Weickart,
Judicii Imperialis Cameræ Protonotarius.

## Num. III.

### Formula juramenti in puncto reſtitutionis in integrum.

Ihr N. werdet in Sachen N. contra N. angelobeu und in Krafft vorbrachten original-ſpecial-Gewalts in eurer darin benannten Principalen, wie auch euer eigene Seele, einen Eyd zu GOtt und auf das heilige Evangelium ſchwören, daß weder ihr, noch gedachte eure Principalen, und deren Advocaten, von jetzigem neuen Einbringen, vorhero einige Wiſſenſchafft gehabt, oder doch ſolches zu der Sachen, dienlich ſeyn nicht vermeynet ſondern nunmehr das Remedium reſtitutionis in integrum, gegen die an dieſem Kayſerlichen Cammergericht ausgeſprochene Urteil Platz zu haben, und hierzu die Sach von rechtswegen, ohne Widerhohlung desjenigen, ſo allbereit in facto & jure vorkommen, genugſam qualificirt zu ſeyn erachtet, alles getreulich und ohne gefährde.

## Num. IV.

### Sententia in Auguſtiſſimo Cameræ Imp. Judicio d. 3. Mart. 1753. publicata.

In Sachen derer von Türckheim in actis benannt, wider gemeinſchafftlich Sponheimiſche Regierung zu Trarbach und den Amt-

mann Fabert zu Birckenfeld, Mandati deciſi de non violando territorium, neque amplius turbando in poſſeſſione vel quaſi loci Zuiſch, cum pertinentiis, ſed reſtituendo ablata ſclopeta ac fruges ad locum unde S. C. una cum literis patentibus ad ſubditos, nunc petitæ reſtitutionis in integrum: Iſt die durch Lt. N. N. und Lt. N. N. aus unerheblichen, nichtigen, und bereits verworffenen Urſachen denen Reichs-Abſchieden, und gemeinen Beſcheiden zuwieder geſuchte reſtitutio in integrum, mit vorbehaltener Straf gegen den Advocatum cauſæ zweyer Marck, und beyde Procuratoren, um willen ſie ſich ſo leichtſinnig zu dem Reſtitutions-Eyd anerbotten, einer Marck Silbers, innerhalb 14. Tagen, in den armen Seckel, ohnnachläſſig zu erlegen, hiemit abgeſchlagen, auch die bey dieſer Reſtitutions-Inſtanz aufgegangene Gerichtskoſten denen Klägern nach rechtlicher Ermäſſigung zu entrichten und zu bezahlen fällig ertheilt, darauf denenſelben, daß denen in dieſer Sach ergangenen Paritori-Urteln, alles ihres Inhalts gehorſamlich gelebet ſeye, annoch Zeit 1. Monath pro termino & prorogatione von Amtswegen angeſetzt, mit dem Anhang, wo ihre Herrn Principalen deme alſo nicht nachkommen werden, daß alsdann das Mandatum de exequendo ohne ferners Anrufen, aus der Cantzley verabfolget werden ſolle: Dann iſt ermeldten Procuratoren, ſich auf die durch Dr. Ruland [48. 49.] & [50.] eingebrachte Handlung ſo weit es ſtatum poſſeſſionis von anno 1716. bis zur Chur-Trieriſchen Sequeſtration betrifft,

ſich

ſich vernehmen zu laſſen, Zeit 1. Monath pro termino & prorogatione von Amtswegen
und ſub præjudicio
angeſetzt.

---

## ERRATA.

Pag. 3. lin. 5. in not. pro æ ſubſtit. a. p. 7. §. 6. lin. 7. pro habeat, leg. haberet. p. 8. §. 7. lin. 8. pro concepto lege concepta. p. 9. §. 8. lin. 10. pro ableg. leg. alleg. p. 11. §. 9. lin. 1. leg. ulteriorem p. 12. lin. 4. leg. parte, p. 30. in not. lin. 20. leg. concedendam p. 32. in not. lit. f.) leg. Sententia. p. 33. in not. lin. 5. leg. dementiæ. p. 47. not. o.) lin 2. leg. cauſæ. p. 49. not. t.) leg. Correferens.


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
Inches
Centimetres